





Fliegen 1/2 Bojen Mox.  
J.

Lac. 14.



THEODORI RAITHV  
LIBELLVS  
DE INCARNATIONE DOMINI

GRAECE ET LATINE

Praemittitur Patrum Graecorum interpretatio loci HEBR. II. xv

*Nusquam enim ANGELOS apprehendit, sed semem*

*Abrahae apprehendit*

---

PROGRAMMA II  
DIE FESTO MICHAELIS

A. R. G. CIO DCCCLXXX

IN

ACADEMIA IVLIA CAROLINA

P. P

---

HELMSTAD I

EXCVDEBAT VIDVA B. PAVLL. DIET. SCHNORR

4.





THE ORDER RAITHV  
 LIBELLVS  
 DE INCARNATIONE DOMINI  
 GRACE ET LATINE  
 PRAEDICATUM IN REGNO SASSONIAE INTERFESTALIOH NERK II. XII  
 HELMSTADT

PROGRAMMA  
 DIE FESTO MICHAELIS

A. R. G. C. D. C. C. C. L. X. X.

IN  
 ACADEMIA IVLIA CAROLINA

P. P.

HELMSTADT  
 EXCVRBANT IVDA B. FAVALL DIRT. SENKORE





---

PRAEFATIO

---

HEBR. II, XVI

Οὐ γὰρ δὴπε ἀγγέλων ἐπιλαμβάνεται, ἀλλὰ σπέρματος  
Ἀβραάμ ἐπιλαμβάνεται.

VULGATVS

*Nusquam enim ANGELOS apprehendit, sed semen Abrahæ  
apprehendit.*

**T**HEODORVS RAITHV sub finem libelli sui *a)*  
quum adduxisset postrema verba huius comma-  
tis, quæ fortasse parum ad illius mentem reddi-  
deram, *sed posteris Abrahami auxilium tulit*; igitur putavi  
non abs re alienum esse, præfari pauca super integro  
Versu, in quo præterea mentio facta est *Angelorum*. quan-  
doquidem memoriae sanctorum *Angelorum* hodie cele-  
brandorum causa, affectam hanc non ita pridem editio-  
nem THEODORI *de incarnatione Domini* iam absoluo.

Ecclesia Graeca verbum ἐπιλαμβάνεσθαι in hoc loco  
adhibuit eo sensu, vt ἐνανθρώπησιν siue ἀνάληψιν *incarna-  
tionem* indicaret, quod Filius Dei non *Angelorum*, sed  
*hominum*, et quidem Abrahami de posteris prodeuntium  
naturam assumpsisset. Alii coeperant dubitare, hoc ver-  
bum adhiberi de assumpta hominum natura, sed esse ἐσ-  
θῆσαι, *epitulari, in libertatem asserere, et ferre auxilium*  
generi humano. Per motus eorum rationibus, quum olim

a) Vide Pag. 66. lit. i.



e Philone scriberem ad hanc Epistolam; interpretatus sum ego eodem sensu, ut Dominus dicatur *non Angelos, sed homines sustentasse, et redemisse*. Vidi deinceps, Ioh. Dauidem Michaëlem *b)*, virum doctrina et celebritate ampla eminentem, examinandisque quondam meis iudicem accuratum; et ante paucos annos Clar. et doctissimum philologum, Loesnerum *c)*, interpretationi eidem inhaesisse. Demiratus autem fueram non parum, alios pronuntiasse, et, auctoritate imprimis magni cuiusdam viri, repetiisse, fuisse solam Ecclesiae Graecae totius interpretationem, hanc, quae ἐπιλαμβάνεται τὸ σπέρμα τοῦ Ἀβραάμ, exposuerit: *posterioris Abrahami auxilium ferre, et eos redimere*. alteram enim notionem, *naturam humanam assumere*, ex Versione Vulgata ortam, tantum non puerilem, et libellorum dogmaticorum commentitiam esse, nouiter factam ex etymologia Graeci verbi, et ad *incarnationem* perperam translata. Addiderant fulgura atque minas in homines illos rudes qui negarent hoc, nec eodem modo quo Patres vniuersi Graeci explicarent.

Nos quum euoluermus Graecorum Patres,prehendimus vno prope consensu contraria, nonnunquam quidem ambigua propter voces πολυσημεις adhibitas, tamen ea, quae, si vnice valeret auctoritas Senum catorum, non finerent alio verba modo, quam eo, verbi: *Non enim Angelorum, sed hominum naturam assumpsit*. Iuuabit igitur Graecos potiores adduxisse, ne quis, praeiudicata auctoritate seductus, aliena fide enarraret etiam, quae isti enarrant, quos esse omnium toto orbe interpretum Aristarchos putauerit.

Ab

*b) Exposit. Teuton. Epist. ad Hebr. b. l. p. 15.*

*c) Obseruat. ad N. T. ex Philone Alex. p. 434.*



Ab ATHANASIO vt incipiam d), is quum aduersus illos disputaret, qui corpus Domini e Maria genitum, defendere conarentur ὁμοσιον Filio Dei, mutatumque esse in naturam diuinam; Epistolae huius locum ita exposuit: Οὐ ΕΑΥΤΗΣ ἢ Θεοῦς ΕΠΗΛΑΜΒΑΝΕΤΑΙ, ἢ καὶ τὸ ὁμοσιον ἑαυτῆς ΕΝΔΥΣΗΤΑΙ. — Μὴ γένοιτο. Σπέρματος γὰρ Ἀβραὰμ ἐπιλαμβάνεται, ὡς εἶπεν ὁ Ἀπόστολος. Ὁθεν ὠφείλει κατὰ πάντα τοῖς ἀδελφοῖς ὁμοιωθῆναι, καὶ ΛΑΒΕΙΝ ὁμοιον ἑμῶν σῶμα. *Natura diuina non assumit se ipsum, vt quod consubstantiale sit sibi, induat. Absit. Naturam humanam ex gente Abrahami assumit, vt dicit Apostolus. Vnde debuit per omnia fratribus similis fieri, et sumere corpus nobis simile.* Is idem doctor in loco alio e) contra peruerse interpretantes Iohannis verba ὁ Λόγος σὰρξ ἐγένετο: subiicit in hunc modum: Ἡ γὰρ αὐτὴ, εἶπε, Σκῆνωμα ἐγένετο. ἐκ, Ἐσκῆνωσεν ἐν ἡμῖν, εἶπερ αὐτὴ ἢ τὸ Λόγος Φύσις εἰς Σαρξὸς Φύσιν μετέστη. Ἀλλ' ἐχ' οἶόν τε λογισασθαι περὶ τῆ λέγοντος, Ἴδστε ὅτι ἐγὼ εἰμι, καὶ ἐκ ἠλλοιωμαι. — Τὰ ΕΝΩΘΗΝΑΙ σαρκὶ, ἢ τῷ μεταποιοθῆναι εἰς σάρκα. Διὸ καὶ λέγεται, Ἐφανερῶδη σαρκὶ ἐκ, Ἐφανερῶδη ἢ σὰρξ. Καὶ ΣΠΕΡΜΑΤΟΣ ΑΒΡΑΑΜ ΕΠΕΛΑΒΕΤΟ: ἢ, σπέρμα Ἀβραὰμ ἀλλοιωθὲν ἐγένετο. *Alioquin, si natura Filii Dei mutata fuisset in humanam naturam, dixisset; Factus est habitatio; non, habitauit inter nos. Hec sic putare aliquem posse de eo qui dicit, Audite, ego sum, et non mutor! Vnitus est naturae humanae; non, immutatus in carnem. Dicitur, apparuit in carne; non, apparuit Caro. Dicitur: Naturam posterorum Abrahami assumsit; non, immutatus est in posteros Abrahami.*

• Post Athanasium, CHRYSOSTOMVS, f) quo interpre-

\* 3

d) *Epist. ad Epictet. contra II, p. 249.*

*Haer. Opp. T. I, p. 454 B.*

f) *Enarrat. in Ep. ad Hebr.*

e) *Serm. c. Haer. diu. Opp. T. Homil. 5. Opp. T. VI, p. 739.*



prete nihil melius aut par dicitur habere antiquitas, exposuit locum, grammatico primum, deinceps dogmatico genere interpretandi. Et grammaticè quidem, quoad etymologiam et literam, Μη ἀπλῶς, ait, πρόσχης τῷ λεχθέντι, μηδὲ ψιλόν τι πρᾶγμα τῶτο εἶναι νομίσσης, ΤΟ ΤΗΝ ΕΞ ΗΜΩΝ ΣΑΡΚΑ ΑΥΤΩΝ ΑΝΑΛΑΒΕΙΝ. Οὐ γὰρ Ἄγγελοι τῶτο ἐχάρισατο. Διὸ καὶ ἄνω ἐήρηνεν· Οὐ γὰρ δήπε Ἄγγελων ἐπιλαμβάνεται, ἀλλὰ σπέρματος Ἀβραάμ. Τί ἐστὶν ὁ Φησιν; Οὐκ ἌΓΓΕΛΟΥ ΦΥΣΙΝ ΑΝΕΔΕΞΑΤΟ, ἀλλ' ἀνθρώπου. Τί δὲ ἐστὶν ΕΠΙΛΑΜΒΑΝΕΤΑΙ; Οὐκ ἐκείνη, ΕΔΡΑΞΑΤΟ τῆς φύσεως τῶν Ἄγγελων· ἀλλὰ ταύτῃ τῇ λέξει ἐχάρησατο, τῇ, Ἐπιλαμβάνεται; Ἀπὸ μεταφορᾶς τῶν διοικόντων τὰς ἀποστρεφόμενους αὐτῶς, καὶ πάντα ποιῶντων, ὡς ΚΑΤΑΛΑΒΕΙΝ φεύγοντας, καὶ ἐπιλαβέσθαι ἀποπηδῶντων. Φεύγσαν γὰρ ἀπ' αὐτῶ τὴν ἀνθρωπίνην φύσιν αὐτὸς καταδιώξας κατέλαβεν. Non obiter attende, nec puta exiguum quid esse, quod naturam nostram dicitur ἀναλαβεῖν, assumere. Hoc non gratificatus est Angelis! Non (inquit,) Angelorum ἐπιλαμβάνεται, sed seminis Abrahamae. Quid est hoc? Putat id: Non Angeli naturam ἀνεδέξατο, suscepit, sed Hominis. Cur dicit, ἐπιλαμβάνεται; Non dixit, ἐδέξατο naturam Angelorum, sed utitur dictione ἐπιλαμβάνεται; Metaphora sumitur ab his qui insequuntur auersos, et faciunt omnia, ut fugientes consequantur. Ipse naturam humanam a se fugientem consequutus est. Paucis interiectis perrexit tali interpretatione: Τί ἐστὶ, Κατὰ πάντα τοῖς ἀδελφοῖς ὁμοιωθῆναι; Ἐτέχθη, ἐτρέφθη, νηύηθη, ἔπαθε πάντα ἀπερ' ἐχρήν, τέλος ἀπέθανε. Quid est hoc: per omnia similem fieri fratribus? Natus et nutritus est, crevit, passus omnia quae debuerat, tandem mortuus est. Ex eo loco est manifestum, loquutionem σπέρματος Ἀβραάμ ἐπιλαμβάνεσθαι, permutatam esse cum his: τὴν σάρκα ἀναλαμβάνειν· φύσιν ἀναδέχεσθαι δρᾶσσεσθαι τῆς φύσεως καταλαβεῖν τὴν ἀνθρωπίνην φύσιν. Id est, naturam humanam assume-



*sumere, consequi, et ad se recipere. g)*

Hunc magistrum suum sequitur, ISIDORVS PELV-  
SIOTA, h) itidem τὸ σπέρματος Ἀβραάμ ἐπιλαμβάνεσθαι,  
in hoc loco interpretatus est ἐνσαρκῆσθαι, ἀνθρώπον γί-  
νεσθαι, naturam hominum induere. Τὴν πρὸς τὸν Ἀβραάμ  
πληρῶσαι θέλων ὑπόσχεσιν, καὶ ΤΟΥ ΣΠΕΡΜΑΤΟΣ ΑΥ-  
ΤΟΥ ΕΠΙΛΑΒΟΜΕΝΟΣ, καὶ μητέρα ἐκείθεν ἐπιλεξάμενος,  
καὶ ἐν αὐτῇ καὶ ἐξ αὐτῆς ΣΑΡΚΩΘΕΙΣ, καὶ ἀνθρώπος κατ' ἀ-  
λήθειαν, ὅμοιος ἡμῖν κατὰ πάντα (πλὴν ἁμαρτίας,) γενόμενος.  
*Promissionem Abrahamo factam impleturus, iuxta quam po-  
sterorum eius naturam assumeret, et matrem ex hac proge-  
nie eligeret, in qua, et ex qua incarnatus et homo factus  
est, nobis per omnia similis, citra peccatum.*

Haut dissimili ratione THEODORETVS in Scholiis i)  
eam phrasin interpretatur. Εἰ γὰρ ΑΠΕΛΘΩΝ ΑΝΕΙΛΗΦ-  
ΘΗ ΦΥΣΙΝ, κρείττων ἀν' ἐγγόνους θανάτου. Ἐπειδὴν δὲ ἌΝ-  
ΘΡΩ-  
ΠΩ-

g) In sequentibus Chryso-  
stomus, tanquam Theologus, dedu-  
xit ex ἐνσαρκώσεως et omni vita ac  
rebus gestis Domini, opus red-  
emptionis, utens verbo ἐπιλαμβάνε-  
σθαι eo sensu, ut omnino sit  
auxilium ferre, opitulari. Καὶ διὰ  
ταῦτο Ἀγγέλους ἀφῆκε καὶ τοὺς ἄνω δυν-  
άμεις, καὶ πρὸς ἡμᾶς κατήλθε, καὶ  
ἡΜΩΝ ΕΠΕΛΑΒΕΤΟ. Σκόσια δὲ καὶ  
ἕσσα ἀργύρατα ἀγαδιά. Θάνατον ἔλυ-  
σε, τὴν Διαβόλου τῆς τυραννίδος ἐξέβρι-  
λεν ἡμᾶς, δολώσας ἀπὸ πλάξιν, ἀδελ-  
φούς γενόμενος ἰσχύισεν. — Sed in  
his verbis non tam grammaticè  
interpretatur locum; illud ante  
fecerat; sed solide δογματικῶς. Ad-

hibet verbum ἐπιλαμβάνεσθαι sen-  
su etiam suo quem habet. ( et  
quem contextus videtur Versu  
xvi requirere.) Sed, ut dixi,  
non tanquam interpres verbo-  
rum Versus xvi, sed tanquam  
Dogmaticus, subiecit haec. Theo-  
phylactus etiam et Oecumenius  
interpretationem Chryso-  
stomi saltem literalem adduxerunt,  
nempe naturam humanam assu-  
mere; non facturi, si ille ἐπιλαμ-  
βάνεσθαι Versu xvi explicasset οπι-  
τulari, auxilium ferre.

h) *Epist. I, 121 p. 48. ed. Billii.*

i) *Interpr. Ep. ad Hebr. l. c. p.  
406. Opp. T. III.*



ΑΝΘΡΩΠΕΙΟΝ ΗΝ Ο ΑΝΕΛΑΒΕ. Ἰδίᾳ μὲν τὰ πάθος τὸ τῶν ἀνθρώπων ἀπέδωκε χρεός, διὰ δὲ τῆς τῷ πεπονθότος σώματος ἀκασίας τὴν εὐερίαν ἀπέδειξε δύναμιν. Ἄγαν δὲ σοφῶς ὁ θεὸς Ἀπόστολος, ἀντὶ τῆ γενικῆς οὐσίας τοῦ ἰδιῶν ἀπέδεικεν. Οὐ γὰρ ἔπει, Σπέρματος ΑΝΘΡΩΠΟΥ ἐπιλαμβάνεται, ἀλλὰ σπέρματος Ἀβραάμ· ἀναμνήσεων αὐτῶν καὶ τῆς πρὸς τὸν Ἀβραάμ γεγενημένης επαγγελίας. *Si enim Angelorum naturam assumpsisset, potentior fuisset morte. Sed quia humanum erat quod assumpsit; per passionem quidem, hominum debitum exsoluit, sed per resurrectionem passi corporis, potentiam suam demonstravit.* Egregie autem S. Apostolus pro nomine generali posuit proprium. Non dixit: naturam Hominis, assumpsit; sed, naturam posterorum Abrahami. In memoriam eis remocat promissionem Abrahamo factam, *quibus in illis, sic.*

Neque differunt a Chrysostomi explicatione, quae in Collectione illa seu Catena e Patribus Graecis profant, et plerumque ΘΕΣΜΕΝΙΟ Κ) tribuuntur: Τὸ ΕΠΙΛΑΜΒΑΝΕΤΑΙ δηλοῖ, ὅτι ἡμεῖς μὲν αὐτὸν ἐφευγόμενοι ἀνθρώποι, ὁ δὲ Χριστὸς ἐδίωκε, καὶ διώκων ἐφθάσε, καὶ φθάσας ΕΠΕΛΑΒΕΤΟ. Οὐκ ἈΓΓΕΛΩΝ ΦΥΣΕΩΣ ΕΔΡΑΞΑΤΟ ἐδὲ ΑΝΕΛΑΒΕΝ, ἀλλ' ἀνθρώπινος. — Ἐπειδὴν ἔλας ἐπιλαβεσθαι ἤελλε, τότε λοιπὸν κατὰ τὸ ἀκόλαστον, ὄφειλε κατὰ πάντα ὁμοιωθῆναι τοῖς ἀνθρώποις. Καὶ γὰρ ἐγενήθη, καὶ ἠυξήθη, ἔφαγεν, ἔπιεν, ἕπρωσεν, ἀπέθανεν, ἀνέστη. Illud ἐπιλαμβάνεται indicat, quod nos quidem homines ab ipso aufugeramus, Christus autem insequutus est et comprehendit, comprehendensque adiunxit sibi. Non Angelorum naturam ἐδράξατο et ἀνέλαβεν, assumpsit, sed humanam. — Ex quo assumere eam dignatus fuit, similis fieri per omnia debuit hominibus. Et enim natus est, crevit, edit, bibit, dormiuit, mortuus est, resurrexit.

Deni-

k) *Exposit. in h. l. p. 310. ed. Veron. A. 1532.*



Denique THEOPHYLACTVS, tantum non vbiq̄  
idem cum Chrystomo suo, hausit etiam hic ex commu-  
ni fonte. 1) Οὐ γὰρ διὰ τῆς Ἀγγέλων ἐπιλαμβάνεται τῆσάν,  
ὁ ΤΗΣ ΤΩΝ ΑΓΓΕΛΩΝ ΦΥΣΕΩΣ ΕΔΡΑΕΑΤΟ, ἀλλ' αὐ-  
τὴν ΕΦΟΡΕΣΕ. — Ὁ Ἀγγέλος ἐκ ἐχάριστο, τὴν ἀνθρώ-  
ποις δέδωκε, τὸ ἐξ αὐτῶν ΣΑΡΚΑ ΠΡΟΣΛΑΒΕΣΘΑΙ. Nusquam  
enim Angelos apprehendit. Hoc est: non Angelorum natu-  
ram assumpsit, neque eam gessit, gestauit. Quod Angelis  
non donauit, hominibus dedit, vt ex ipsis carnem assumeret.  
Perrexit amplius Theophylactus, etiam metaphoraе Chry-  
stomi a gymnasio et athletis sumtae inhaerere. Οὐκ εἶπεν,  
ΑΝΕΛΑΒΕΝ, ἀλλ' ἐπιλαμβάνεται. Ἴνα δείξῃ, ὅτι φεύσασαν τὴν  
φύσιν ἡμῶν καὶ μακρὴν θέσαν ἐδίωξε, καὶ φθάσας ΕΠΕΛΑΒΕΤΟ  
αὐτῆς καὶ περιεπλάκην ΕΝΘΕΑΣ ΕΑΥΤΩΙ, καὶ εἴσας αὐτὴν  
εἶς ἀπ' αὐτῆς φεύγῃς. Non tam dixit, suscepit, quam ap-  
prehendit. Vt ostendat, quod fugientem naturam nostram  
et longius remotam anteuertens consequutus est, et eam com-  
prehendens sibi vniuit, et stitit a fuga a Se.

Vix etiam dubitauerim, THEODORYM RAITHM,  
verba Pauli ἐπιλαβόμενος σπέματος Ἀβραάμ, sensu talio ad-  
hibuisse, quam Athanasium, Chrystomum, Isidorum.  
etsi versionem Latinam accommodaui ad meam senten-  
tiam. m) —

Euictum itaque satis videtur esse, dictionem ἐπιλαμ-  
βάνεσθαι ἀνθρώπων in hoc loco, a Parribus Graecis expli-  
catam

1) Comment. ad h. l. p. 895 ed. Lindfelli.

m) Obiter addo, interpretati-  
onem Syriacam verbi ἐπιλαμβάνε-  
σαι esse אָדָם admouit, adiunxit  
sibi. Eam sequitur Hebraica quae-

dam, etsi recentior a Munstero  
edita, אָדָם אָדָם. Frid. Alb.  
Christianus haec commutauit in  
אָדָם אָדָם sumst in se, adiunxit  
vniōne props se.



catam fuisse, non (quod debuissent,) tanquam βοηθησαι, *afserere, opitulari*, sed tanquam ἀντιλαμβάνειν, *ἀντιλαμβάνειν*, sensu tali n) qui sit *amicire, suscipere*, et diserte σῶμα ἢ σάρκα, *assumere naturam humanam*. Ipsi enim planissime exposuerunt per σαρκῶσθαι, ἐνδύειν ἀνθρώπινην φύσιν. Ergo haec loquutio crebro vsu loquendi Graecorum non destituitur, quandoquidem doctores tantum non omnes Graeci interpretati sunt in hunc modum. — Qua igitur confidentia potuisse enuntiari, talem explicationem, minime Patrum Graecorum, sed tantum non puerilem hominum nostrorum, esse, ex Versione Vulgata sumtam, et inepte translata ad incarnationem! — Βλέποντες ἑλέφετε, καὶ ἔμὴ ἴδητε.

Ea vero etsi ita sese habeant, haut erat tamen sic inhaerendum interpretationi etymologicae, vtut illi antiquae, et Patrum ecclesiae multorum, immo meliorum, vt non auctoritas potior haberetur cohaerentiae sermonis sententiaeque. Paullus enim non certe repetebat *versu sexto decimo*, quod iam dixerat iisdem verbis *versu decimo quarto*; nec illius demonstratio redire ita in orbem erat existimanda, ac si colligeret in hunc modum: *Filius Dei assumpsit naturam humanam: non enim Angelorum, sed hominum naturam suscepit. Ergo oportuit eum hominibus similem fieri per omnia*. Huiusmodi alienissima sunt a genere demonstrandi vbique acuto, vbique solido, quo Apostolus vti solet. Is *versu XIV et XV* addiderat causam, propter quam Filius Dei sit consanguineus noster factus, nempe hanc:

vt

n) Vid. 2 Paral. 7, 22: ἀντελά-  
βοντο Θεῶν ἀλλοτριῶν. Add. b. Biel  
in *Thef. Nou.* ad LXX. v. ἀντιλαμ-  
βάνομαι. Iterum Chrysof. *l. c.* p.  
456. Τὸ ἑμογενεὶς ἡμῶν σῶμα ἀντιλα-

βάν κατηξίωσεν αὐτὸ ἐπὶ τὸ ἀντιλαμ-  
βάνομενον. Conf. Rauanelli *Bibl. S.*  
v. *Assumere II*, 12, p. 154. Suicer.  
in *ἀνάληψις*.



vt manu apprehendat genus suum, id est, vt redimat vindictaeque in libertatem hos, qui metu mortis fuerunt seruituti obnoxii. Haec illustrabat nunc *versu XVI.* Addebat enim, tum teste Scriptura Sacra, tum ex recepta Iudaeis sententia: Οὐ γὰρ δήπερ Ἀγγέλων ἐπιλαμβάνεται, ἀλλὰ σπέρματος Ἀβραάμ ἐπιλαμβάνεται. — Illa verba, hoc quidem posito et contexto, non videntur alio verti modo, quam eo, posse: *Non enim sane Angelis auxilium fert, sed hominibus et Abrahamidis, natus ipse e posteris Abrahami.* Forma loquendi ἐπιλαμβάνεσθαι τινος, indicat tum apud externos Graecos, tum Siracidem, et LXX, *apprehendere quasi manu, auxilium ferre, et e miseria liberare.* Loca ubique permulta sunt, o) et erit nullus qui negauerit. In hac ipsa Epistola ad Hebraeos legitur ἐπιλαβομένης με τῆς χειρὸς αὐτῶν. Id est, *quum eos manu apprehenderem, et potenti auxilio Aegypto educerem.*

Videtur saltem esse vnum, in quo haereas. Nam si Apostolus Christum dixerit non *Angelorum*, sed hominum lapsorum *redemptorem* esse ac *vindicem*, Angeli certe (omnium consensu,) intelligendi non alii erunt, quam *mali atque lapsi.* Hi autem, praeterea quod rarissime in Scripturis nominantur *Angeli* tantum, vt nec mentio fiat prauitatis eorum; certe quoad hunc locum, videntur Capita duo prima requirere, vt de vno saltem et eodem genere Angelorum cogitemus. Viroque Capite non nisi *bonorum Angelorum* ratio habebatur. Seruator hominum supra *bonos* efferebatur *Angelos.* Et *Angelis* quoque *bonis* minor factus est, vt fratres suos a Diabolo liberaret. Annon igitur scriptum fuisset potius: Οὐ γὰρ δήπερ Διαβόλου ἐπιλαμβάνεται; *Non enim Diabolo auxilium tulit.* Cur nomine

\*\* 2

Ἀγγέ-

o) Ea dedit Henr. Stephan. *sten. Not. ad Hebr. 2. 16.* Add. *Thef. Gr. L. T. II, p. 567.* Wet- *Hebr. 8, 9.*







Καὶ τί λέγω τὰς τῆς ζω-  
πλασίας ἀρχάς τ); ὅτι γε εἰ  
ἐν αὐτῇ ἡ μακαρία παρθένος  
ὑπὲρ τὸν ὄρον τῆς φύσεως γό-  
νιμον ἔλαβε δύναμιν εἰς τὸ τεκ-  
νώσαι, μὴ διὰ τῆς ἐνδημίας τ)  
τῆ Λόγου εἰς τῆτο παρομνηθε-  
σα. Πῶς ἂν αὐτῇ ἢ ἐν Κεῖσῳ  
ἀνθρώποτις, ἐν ἰδιαίτη ὑπο-  
στάσει καὶ ἑαυτὴν ἔποτε γενο-  
μένη, ἀλλ' ἐν τῷ προσλαβομέ-  
νῳ αὐτῇ Θεῷ Λόγῳ τὸ εἶναι τε  
καὶ ὑποστῆναι λαχθῆσα, ὑπέτα-  
σις ἂν λαχθῆσῃ ποτὲ, ἢ πρόσω-  
πον ἰδιοσύστατον τ) καὶ ἑαυτῷ;

r) Editores Biblioth. Patrum  
Lugduni: *Equid loquor de prin-  
cipio operationis divinae?* In  
margine adscripserunt *θεοπλασί-  
ας* quasi legissent: Καὶ τί λέγω  
τὰς τῆς θεοπλασίας ἀρχάς; (vox  
*θεοπλασία* habetur apud Dionys.  
Areopagit. et eius Scholiastas,  
pro incarnatione Domini, conf.  
Suicerus voc. *θεοπλασία*.) Lo-  
cus autem Theodori non ad-  
mittit hanc lectionem. Sed re-  
petuntur ante adducta, τὰς πῶ-  
τας τῆς ζωπλασίας ἀρχάς. Ex se-  
quentibus etiam, quum Maria  
dicatur ne quidem γόνιμον δύνα-  
μιν εἰς τὸ τεκνώσαι habere sine  
praesentia Filii Dei potuisse;  
patet, lectionem veram esse

Et quid dico *initium vi-  
tae efformatae*? siquidem ne  
virtutem quidem genitalem  
praeter leges naturae pari-  
endi, virgo beata accepit,  
nisi a Filio Dei inhabi-  
tante excitata ad eam fuisset.  
Quo igitur modo natura  
humana Christi, quae per  
se habuit nunquam hyposta-  
sin singularem, sed *ut esset  
et subsisteret* accepit demum,  
quum natura divina eam as-  
sumeret; quo inquam mo-  
do dici hypostasis aut per-  
sona

*θεοπλασίας ἀρχάς.*

s) Id est, διὰ τῆς ἰσότητος σαρκω-  
σας. Simeon Metaphr. vit. Dionys.  
Areopag. p. 323. *σωμωτική ἐν-  
δημία*. Suicer. v. *ἐνδημία*.

t) Obuia non tam saepe vox  
indicat *idiam ἔχον ὑπόστασιν*. Apud  
Hesych. est *ἰδιοσύστατος*, καὶ ὑπέ-  
στασιν ἰδίαν. Adhibetur a Graecis  
de subsistentia Personarum tri-  
um, non de natura humana  
Christi, Quae etsi res singula-  
ris et *individa* est, ἀνωστή-  
τος tamen est, nec, vt Logici  
loquuntur, *ultimo subsistit*.  
Confer dicta ad Not. m. p. 37.  
Ioh. Damascenus de Orth. fide  
3, 9. vocat eam quidem *ἑν-  
ωπίστητον* sed id eo sensu intelli-  
gen



καὶ ἀναμέρος υ) γνωριζόμενον ἔχει; Ἡλιθιον ὄντως καὶ μάταιον τὸ ταῦτα συνομολογεῖν, καὶ δύο ὑποστάσεις ἢ πρόσωπα ζητεῖν ἐπὶ τῷ τοιαύτῳ ἀποτελέσματος· εἰ μὴτι ἄρα τίς τοῖς χεῖλεσι μὲν τιμᾷ καὶ ἀσπράζεται ταῦτα, ἢ δὲ καρδίᾳ αὐτῆ πόρρω ἀπέχει ἀπ' αὐτῶν. x)

Ὡς τε εἴ τις γνησίως καὶ ἐκκλησιαστικῶς ὁμολογεῖν ἐθέλει τοὺς ἐν Χριστῷ δύο φύσεις, καὶ τὸ, μία φύσις τῆ Θεῆ Λόγου σσαρκωμένη, ὑπτίαις χερσὶ γ) καὶ ὀλοκλήρῳ καρδίᾳ καταδεξάσθω, ὡς τὰ προσηγμένα δηλοῖ.

Εἰ δὲ συγχεῖν ἡμᾶς διὰ τῆτο νομίζει τὴν θεῖαν Οἰκονομίαν, z)

gendum, quia intra Filii Dei ὑπόστασιν subsistit. Exponit enim: αἰμοφότερον τῶν φύσεων ὑπόστασις χρηματήσασα.

ii) Coniunctum, pro ἐν μέρει.

x) Matth. 15, 8. Prouerbiū est etiam exterorum. Vid. Schott. Adag. Graec. p. 44.

y) Suidas in ὑπτίαις. ὑπτίαις χερσὶ εἰ, ἀπὸ τῆ, ὑπλωμένους, παρὰ ταῖς χερσὶν.

z) Οἰκονομία· et cum epitheto θεῖα, ἐσθλα, ἁγιωμένης, σωτήριος.

sona propriae substantiae posset, et per partes cognosceretur? Ineptum sane et falsum est talia profiteri, et hypostasēs aut personas duas quaerere in eiusmodi opere et effectu. nisi forte haec labiis quisquam fateatur affirmerque, sed illius mens ab his procul absit.

Quare qui vt fas est cum ecclesia profiteri vult naturas duas in Christo, unam etiam Filii Dei naturam incarnatam manibus ambabus et sincera mente amplectatur. vt supra dictum est.

Quodsi quis putet, nos hac phrasi confundere quaedam in

si sermo est de Christo, plerumque ipsam eius ἐκκοινωνίαν, assumptionem naturae humanae, nonnunquam ἕνωσιν, unionem duarum naturarum indicat, subinde ἀποτέλεσμα, opus redemptorium. Loca significationum huiusmodi vbique praestant. Verisimile est sumtam ex Hebr. 3, 5, 6: Χριστός δὲ, πιστός ἐν ἔμφ τῷ οἴκῳ, ὡς υἱός ἐπὶ τῶν οἴων αὐτῆ· ἢ οἵτις ἐσμεν ἡμεῖς. Nam, quia Christus assumpsit naturam



ὡς τῆ Σαρκωμένη καὶ ἄλ-  
 λως νοῦσθαι δυναμένη παρὰ  
 τὸν τῆς εὐσεβείας λόγον, α)  
 λαβὼν τὴν ἐπαγωγὴν, τὴν  
 Σαρκὶ ἐμψυχωμένη, ψυχῇ  
 νοεῖα καὶ λογικῇ β), παυ-  
 σάσθω λοιπὸν τῆ προφασίζε-  
 σθαι προφάσεις ἐν ἀμαρτίαις.  
 Οἶον δέ τι λέγω. Τὸ, σαρκω-  
 κωμένη, (Φήσεταιί τις,) δύ-  
 ναται καὶ τῇ μιᾷ φύσει προ-  
 νοῦσθαι, καὶ ἐτέραν φύσιν ταύ-  
 τη μὴ ἐπεισάγειν, τροπὴν δέ  
 τινα ἥτοι μεταβολὴν γ) ταύτης  
 σημαίνειν ὡς περὶ λέγομεν τὸν  
 κρυστάλλον φύσιν ὕδατος ἕ-

turam humanam, ut in ea et per  
 eam *in domo Dei*, quae est *Eccle-*  
*sia*, restituat et procuret quae  
 ad redemptionem et salutem eius  
 pertineant, ideo Theologi as-  
 sumitam naturam humanam *Ο-*  
*νομομένη* dixerunt. Vid. H. Casaub.  
 ad Gregor. Nyss. Epist. ad Eustath.  
 p. 90. Suicer. in *οἰκονομία*. Potest  
 tamen etiam esse, ut veteres de-  
 sumferint nomen ex Coloss. 2,  
 9: ἐν αὐτῷ κατοικῆ πᾶν τὸ πλήρωμα  
 τῆς θεότητος σωματικῶς. In hoc lo-  
 co Theodori, *οἰκονομία*, est do-  
 ctrina de unione duarum natu-  
 rarum.

a) In Edd. non patet sensus  
 ob interpunctionem parum accu-

in Oeconomia de Christo,  
 quia *incarnatum esse* aliter  
 etiam possit intelligi, quam  
 patereur doctrina purior,  
 is adiciat *carne*, in qua *a-*  
*nima intelligens et rationalis*  
*est*, et desinat deinceps er-  
 rorem suum exceptione v-  
 la alia obtegere. Cuiusmo-  
 di fuerit, si ita diceret: *In-*  
*carnatum esse*, conuenire id  
 posse naturae vni, nec opus  
 esse naturam alteram super-  
 addere, nam intelligi saltem  
 conuersionem siue immuta-  
 tionem illius. Ut, si *glaciem*

ratam, et ob comma omissum  
 post λόγον.

b) Additio haec facta est, ut  
 caueatur error Apollinarii. Vide  
 Nostrum p. 35. vbi Ecclesiae Ca-  
 nonem adduxerat.

c) Sicut Theodorus in hoc lo-  
 co ait, naturam *diuinam* Christi  
 nec κατὰ τροπὴν, nec κατὰ μετα-  
 βολὴν esse *incarnatam*; pari mo-  
 do e contrario ostendit Ioh. Da-  
 masceus, naturam *humanam* ne-  
 que κατὰ μεταβολὴν φύσεως, neque  
 κατὰ τροπὴν, εὐλλοίωσιν, σύγχυσιν, es-  
 se *deificatam*. Damasc. de Orth.  
 fid. 3, 17. Cyrill. de perf. Chri-  
 sti, c. 19. p. 85. Et ut Noster ex-  
 emplo κρυστάλλου prius, ita Da-  
 masce-



και κεκρυσαλλωμένην. d) Ἰδὲ γὰρ τὴν φύσιν τῆ ὕδατος μίαν εἰδότες, καὶ τὸ κεκρυσαλλωμένην ταύτη ἐπάγοντες, ἕτεραν φύσιν διὰ τῆς τοιαύτης σημασίας ἢ προσηγηόμενον, μόνον δὲ πῆξίν τινα περὶ αὐτὴν γενομένην νενοήκαμεν, διὰ τῆς κεκρυσαλλωμένην φωνῆς.

Πρὸς τὸτο δὲ φημέν, ὅτι ἐπὶ τῶν τοιούτων ἀποτελεσμάτων ἐκ ἀναδιπλασιαζονται αἱ τοιαύται φωναί. Ὁ δὲ ἀναδιπλασιασμός ἐνταῦθα σημασίαν φύσεως ἐταίριος ποιεῖται. e) Οἶονεῖ, ἢ δυνάμεθα λέγειν ὕδατος φύσιν κεκρυσαλλωμένην κρυσαλλω. ἐπεὶ περὶ ἄτως σημήνομεν ὅν ἕτερον εἶναι τὴν τῆ ὕδατος φύσιν, καὶ ἕτερον τὴν τῆ κρυσαλλω ὡς περὶ ἡνίκα λέγομεν ξύλον κεκρυσωμένον κρυσῶ. Διὰ γὰρ τῆ ἀναδιπλασιασμοῦ τῆς ἐνοήσαμεν ἄλλο τι εἶναι τὸ ξύλον, καὶ ἄλλο τὸν κρυσόν.

mascenus (more veterum) exemplo πυρώσεως posterius confutatur.

d) Hesych. κρυσαλλω. τὸ κεκρυσῶς ὕδατος ὑπὸ κρυσε. Basilius M. de hum. Christi gener. (p. 16 meae Edit.) αἱ ἐν ὕδατι πάχος κατακρυσῶ

vocamus *aquam congelatam*. Agnoscimus unam saltem naturam aquae, per adiectum enim *conglaciata* negamus alteram naturam ei additam esse, vnicę coqcrerionem in aqua vocabulo *conglaciata* intelligimus.

Ad hoc respondemus, in huius generis effectis vocabula eiusdem originis non solere geminari. Hic vero fit aliqua geminatio, quae declarer naturam alteram. Verbi causa, non possumus dicere *naturam aquae* esse *GLACIE congelatam*, quia significarem, aliud esse naturam aquae, et aliud naturam glaciei. quemadmodum si dicimus, *lignum est auro inauratum*. Per hanc enim geminationem intelligimus, aliud quid esse lignum, et aliud esse aurum. Simili igitur

τῶν ὑγρῶν —

e) Id est, *declarat, significat*. Ποῦκος in Medio facit cum Substantiuo cognato periphrasin Verbi sui cognati. Vt, *δέησας ποιῆντας precantur; ἡνίκα ποιῆσαι recor-dor*.



Οὕτως ἔν ἐνταῦθα ὅταν εἰπω-  
 μεν μίαν Φύσιν τῆ Θεῶς Λόγου  
 σεσαρκωμένην, τῇ ἐπαγωγῇ  
 Σαρκί, f) ἄλλο τι εἶναι τὴν Θεο-  
 τητα, καὶ ἄλλο τι τὴν σαρκὸς  
 φύσιν ἐναργῶς ὑπεσημασμένα  
 καὶ ὅτι μὴ αὐτὴ ἡ Θεότης εἰς  
 σάρκα μεταπεποιήται, ἀλλὰ  
 μένωσα ὅπερ ἦν, κατὰ τῆ κα-  
 ταπεράσματος τατέσι κατὰ τῆς  
 προσληφθείσης ὑπ' αὐτῆς σαρκ-  
 ος, g) ἦν πεφανέρωται. Ἐν-  
 τελῶς ἄρα καὶ ἡ τοιαύτη ἔννοια  
 διὰ τῆ ἀναδιπλασιασμοῦ ἀποδέ-  
 δοται τέτα. h)

Εἰ δέ τις πάλιν ἀνεχρητικῶς  
 καὶ συμφύρτης προσέταται μὲν

tur modo etiam hic, si dici-  
 mus *unam Filii Dei naturam  
 incarnatam*, et adiciamus *car-  
 ne*, perspicue indicamus, a-  
 liud quid *diuinam naturam*  
 esse, et aliud quid *humanam*,  
 nec diuinam naturam esse  
 conuersam in humanam, sed  
 manere id quod antea fue-  
 rat, et saltem per *uelum* (h.  
 e. per *corpus* assumtum) a-  
 spectabilem nobis factam ef-  
 se. Huiusmodi omnino sen-  
 sus per hanc geminationem  
 exprimitur.

Iam si quis e contrario  
 admittat quidem eam defi-  
 nitio-

F 3

f) Addidi equidem textui ver-  
 ba τῇ ἐπαγωγῇ Σαρκί, vtut non le-  
 guntur in Edit. prima Bezae.  
 Contextus et antecedentia requi-  
 runt sic, et adiciuntur diferte  
 in Edit. Latina, Biblioth. Patr.  
 Lugd. T. 8, p. 337 B.

g) Respicitur ad Hebr. 10, 20.

h) Argumentatio κατ' οἰονομίαν  
 cuiusmodi solebant veteres do-  
 ctiores. Nimis tamen subtilis aut  
 potius nulla est: orta ex cog-  
 nitione non solida grammaticae.  
 Nam per Anadiplasiatum no-  
 minis Σαρκί, (σεσαρκωμένη Σαρκί  
 id est, si natura Λόγου dicitur *in-  
 carnata Carne*.) omnino non co-  
 gnoscitur, quod natura una ab

*altera vere separata est*, neque  
 occasio omnis excipiendi eripi-  
 tur. Illustratio quoque altera,  
 κεχρυσωμένη Χρυσῷ, parum idonea  
 est; quasi demum adhibita ge-  
 minatione nominis χρυσῷ decla-  
 rari posset, *lignum* ab *aurō* distin-  
 gui. Cur non poterat omitti  
 χρυσῷ? eodem manente sensu. *A  
 qua* etiam quare dici non posset  
 κερυσεαλλωμένη κερυσεῖ, *glacie con-  
 glaciata?* congeminatione certe no-  
 minis *glacies* naturam nouam ab  
*aqua* diuersam non indicat. Idi-  
 otissimus et consuetudo loquendi  
 est congeminatione talis, ex qua  
 nec decet philosophari, nec iu-  
 uat.



τὸν τοῦτον ὄρον, ὡς συντρέχοντα δὲ τῷ αὐτῷ δυσσεβήματι, μάλιστα μὲν καὶ αἱ προλεχθεῖσαι ἐπαγγελίαι ὡς παρρωτάτω τὴν αὐτῆ κακόνοιαν ἀποσειόνται· πολλῶ δὲ μᾶλλον ὁ ἕτερος ὄρος, ὁ τὸν Χριστὸν ἐν δύο φύσεσι γνωριζόμενον ἀπαγγέλλων, καὶ λαθροκακουργῶντα i) αὐτὸν ἀπέλεγχον. Οὗτος γὰρ ὁ ὄρος διαρρήδην βωῶ, τὸ ἐδραῖον καὶ ἀνεκφοίτητον k) τὴν πατέρα φύσιν ἰδιότητα καὶ τῇ ἐνώσει μεμνηκέναι, ὡς ἐξιδίως διαγνωστικὴ δύνασθαι, τί ἴδιον ἐκάστω τῶν συνελθόντων, καὶ τί τῶν οὐκ ἐκαστον ἀλλήλοις παρέχον τὰ παρὰ τῆ συνεφεσώτος καὶ συγκειμένα ἀντινομίζεται. Τῆτο δὲ διηρωμένης ὄντως καὶ καθαρωτάτης ἐνώσεως l), τὸ τὰ κοινὰ τῆ συν-

nitionem, confuse tamen et ad suam opinionem peruerse, eum sic perperam sentientem additiones praedictae profus redarguunt, maxime vero altera definitio, declarans Christum duabus naturis dignosci, conamina huius clandestina reiicit. Siquidem ea definitio discrete enunciat, propria naturae utriusque, immota, egressi nunquam extra limites suos, sed in vnione sua perseuerare, adeoque facile discerni posse, quid sit proprium naturarum singularum quae conuenerunt, et quid attribuant sibi mutuo, et vicissim quid ab altera natura accipiat altera quacum subsistit et componitur. Est autem

i) Hoc verbum a Raithuensi compositum nusquam occurrit ceterum.

k) Vox Dionysii Areopag. est ἀνεκφοίτητος de Nom. Diu. 2, 4. p. 493. Καλῆσι γὰρ οἱ τῆς καθ' ἑμᾶς θεολογικῆς παραδόσεως ἱερομύσαι, καὶ μὴ ἐνώσει καὶ θάσι, καὶ τῆς ὑπερβήθησι καὶ ὑπερνωσε μεμνησῆτος, κρυφίας καὶ ἀνεκφοιτήτης ὑπερβήσεως.

l) Suidas v. ἔνωσις, varias recensuit species vnionis, quas vide,

Indicatur apud Raithuensi. ἔνωσις φυσική· κατὰ σύνθεσιν· καθ' ὑπόθεσιν· vnde Christus dicitur συντεθείς ἐκ δύο φύσεων. Cyrill. de S. Trin. c. 18: "Ἐνωσις καθ' ὑπόθεσιν καλεῖται, ὅτε μία ὑπόθεσις ἐκ τῶν τριῶν τῆς θεότητος ὑποθέσεως, ἢ τις ἐσιν ἢ τὰ τίς, καὶ δύο φύσεις ἀλλήλοισι ἦνωσεν συγκύτως ἐν αὐτῇ τε καὶ καθ' αὐτήν, Pluribus de hoc egit Wegelin, in Scholiis ad h. l. p. 245.



αυφοτέρε, και τὰ ἴδια ἐκάστου τῶν συνημμένων ἐμφαίνειν. Εἰ γὰρ μὴ ἰδιότης πρώτου γνωσθεῖ, ἂδ' ἂν ἡ κοινότης ἐπιγνωσθήσεται. Πῶς γὰρ ἡ ἐν τινι κοινότης γενήσεται, μὴ ἔχοντος ἐκάστου τῶν κοινούντων ἴδιον τι;

Ἡ Σκόπε δὲ ἔτος· Ἰδιον τῆς προσλαβομένης Θεῆ Λόγου φύσεως, τὸ εἶναι Ἰδὸν Θεῆ· και ἴδιον τῆς προσληφθείσης Ἀνθρώπου φύσεως, τὸ εἶναι Ἰδὸν ἐνθρώπου. Κινημένων ἔν τῶν τοῦτων φύσεων, και περιχωρησῶν εἰς ἀλλήλας τῷ λόγῳ τῆς συμφύσεως και τῆς ἐνώσεως, κινῶνται m) και περιχωρη-

m) Verbo κινῶνται vtuntur Theologi Graeci in hoc argumento non tam de eo quod *miscetur*, veluti adhibetur de vino κειρομένη et εἰρητύ, seu quouis alio κάρματι quam potius de *artha coniunctione naturarum*, et,

rem dignoscendae vnionis huius compositae et infusae ratio haec: declarare, quae *communicata* sunt naturae vtrique, et quae sunt *propria* singularum quae cohaerent. Si enim id quod est *proprium* ante non intelligitur, cognosci etiam id quod *communicatum* est non potest. Quo enim pacto eueniet in re quadam *communicatio*, nisi eorum quae communicata sunt, habeat vnumquodque aliquid *proprium*?

Perpende igitur in hunc modum. *Proprium* Naturae humanae assumptis, est, *Filium Dei* esse; et *proprium* naturae humanae assumptae, est, *Filium hominis* esse. Iam si naturae coniunctae mutuo se permeant irritime, coniunguntur et dantur etiam sibi inuicem

πο-

vt Noster ait, de περιχωρήσει τῶν φύσεων εἰς ἀλλήλας τῷ λόγῳ τῆς συμφύσεως και τῆς ἐνώσεως, id est, de *permeatione naturarum mutua, intuitu concretionis (coalitionis) et vnionis.*



σιν εἰς ἀλλήλας ὡσαύτως καὶ κλήσεις, καὶ γίνεται ἀμφοτέρω εἰς υἱὸς Θεῶ τε ὁμῶ καὶ Ἀνθρώπων, τατέσι τῷ Πατρὸς καὶ τῆς Παρθένου μητρός. Οἶον, Σὺ εἶ ὁ Χριστός, υἱὸς τῷ Θεῷ τῷ ζῶντος· n) Καὶ Ἐξαπέστειλεν ὁ Θεὸς τὸν υἱὸν αὐτοῦ, γενώμενον ἐκ γυναικὸς ο). Ἄρα ἐν ἀμεμφῆς ὁ ἐκκλησιαστικὸς λόγος, διὰ μὲν τῷ εἶναι ἕνα Κύριον Ἰησοῦν Χριστόν, Θεὸν τε ὁμῶ καὶ Ἀνθρώπων, δύο φύσεις τὸν αὐτὸν ἕνα Κύριον Ἰησοῦν Χριστόν ἀπαγγέλλαν· τὸ γὰρ Θεός, φύσεως ὄνομα, καὶ τὸ Ἀνθρώπος, ὡσαύτως φύσεως ὄνομα. Ἐπειδὴ ἔν ὁ αὐτὸς Θεός p) εἶσι καὶ Ἀνθρώπος, διὰ τῷτο δύο φύσεις εἰς καὶ ὁ αὐτὸς ὁμολογεῖται Κύριος. Πάλιν δὲ, διὰ τὸ εἶναι αὐτὸν ἕνα τῶν τῷ τε Θεῷ καὶ Πατρὸς, καὶ τῆς Παρθένου μητρός· τὸ δὲ τῷτε [Θεῷ,] ὄνομα ὑπόστασις ὑπάρχει σημαντικὸν, καὶ ἡ φύσεως· διὰ τῷτο καὶ μία ὑπόστασις, τὸ, τε θεῶν ὁμῶ καὶ ἀνθρώπων, ὁ Χριστός,

nomina siue praedicata, quia utraque natura efficit vnum Filium Dei et Hominis simul, hoc est Patris et Virginis matris. Verbi causa: *Tu es Christus, Filius Dei veri.* Item: *Misit Deus Filium suum ex muliere natum.* Reprehendi igitur nequaquam potest doctrina ecclesiae, quae, dum dicitur vnus est Dominus Iesus Christus, Deus simul et Homo, indicat ex duabus naturis esse hunc vnum Dominum Iesum Christum. est enim *Deus* naturae nomen, et *homo* similiter nomen naturae est. Quia igitur vnus et idem est is qui Deus et Homo est, ideo confitemur duas naturas esse vnum et eundem Dominum. Praeterea, quia est vnus et idem Filius Dei Patris et Virginis matris, nomen autem *Filii Dei* non tam naturam, quam *Personam* indicat, propterea apud recte fen-

n) Matth. 16, 16. Ioh. 6, 69.

o) Galat. 4, 4.

p) Accuratius scripsisset Raithu Θεὸς λόγος, pro Θεός. Christus enim et si summus est Deus, alia

tamen Persona deitatis nulla quam λόγος, assumpsit naturam humanam. In sequentibus discrete ponit τῷτε Θεῷ.



πρὸς τῶν ἐνσεβέντων q) δοξολογείται.

Μίαν ἐν ὑπόστασιν καὶ δύο φύσεις πρεσβύων ὁ λόγος τῆς Ἐκκλησίας, μέσση τινὰ ὁδὸν πεπόρευται, ἕτε διὰ τὴν ἔνωσιν Μανιχαῖος r), καὶ τὰς φύσεις φύσιν ἀναπλάττων. ἕτε διὰ τὴν διαίρεσιν τὴν κατ' ἐπίνοιαν τῶν ἠνομιέων φύσεων Παυλιανῶν, καὶ τὴν ὑπόστασιν ὑποστάσεις ποιών. Ὅτι μὴ ἀνά μέρος ἐν τῶν ὁποτέρων ποιεῖται, ἢ τὴν διαίρε-

q) Οἱ ἐνσεβέντες: *recta sentientes, orthodoxi*, et puritatis doctrinarum cultores. (veluti *εὐσέβεια, religio*, et doctrina pura. 1 Petr. 3, 16: τὸ τῆς εὐσεβείας ἀνομήριον, religionis arcumum.) Alio loco orthodoxi vocantur et *τῶν ἁγίων τῆς ἀληθείας* seu *τῆς δικαιοσύνης* vt legitur statim in titulo libelli huius. Vide Praef. p. 8.

r) Manes, vt supra dictum, negabat duas in Christo naturas esse, et propter ἑσῶν φύσιν efformabat saltem μίαν φύσιν, nimirum diuinam. Contra ea Paullus Samosat. propter διαίρεσιν φύσεων, et quoniam mente distinguuntur naturae duae, fingebat ὑποστάσεις διαφύσας, *personas duas*. Suidas, in *διαίρεση*, non obseruauit vsum vo-

sentientes statuitur Christus esse *persona vna*, ex diuina et humana natura *composita*.

Ecclesia itaque si personam vnā et duas naturas statuit, via quadam media incedit, nec *Manichaeum sequuta*, per *Vnionem naturam vnā* ex naturis duabus fingit; nec errans cum *Paullo*, per *Distinctionem* quae mente fit in naturis duis, efformat *personas duas* ex *persona vna*. Statuit non al-

G

reru-

cabuli huius in doctrina de incarnatione Christi, vnice adduxit loca Patrum de *διαίρεση* inter *Personas Trinitatis*. *Διαίρεσις* autem φύσεων in doctrina de Christo, non est proprie *diuisio*, vel *separatio*, sed est *distinctio* et *διήκρισις* quaedam. Sic etiam interpretanda est vox *διαίρεσις*: *distinctio*. *Distinctuendae sunt naturae duae*, et cuique naturae suum *ιδίον* tribuendum. In Christo est *ἑνωσις ἐν διαίρεση*, καὶ *διαίρεσις ἐν ἑνώσει*, *vnio in distinctione*, et *distinctio ἐν vnione*, vt Raithuensis paullo post. Is in mente habuit Gregorium Naz. Orat. 23 p. 422, vbi S. Trinitatem ait esse *μονάδα ἐν τριῶν, καὶ τριῶν ἐν μονάδῃ*.







Εἴ τις ἐν κατὰ τὸν νῦν τῆς ἐκκλησίας ἐκλαμβάνεται τὸ, μὴ αὐτὸ Θεὸς Λόγος φύσιν σεσαρκωμένην, ἀσπασίως καταδεξάσθαι καὶ τὸ δύο φύσεις ἕνωθῆς ἠνωμένως τ) λέγειν ἐν τῷ Κριστῷ. Εἰ γὰρ ἐπὶ παρασίσει καὶ σημασίᾳ τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως, μετὰ τὸ εἰπεῖν Μίαν φύσιν τῷ Θεῷ Λόγῳ, ἐπάγεται τὸ Σεσαρκωμένην τίνι λόγῳ λοιπὸν ἀναδέεται τὸ δύο φύσεις ὁμολογεῖν, μίαν μὲν τὴν τῷ Θεῷ Λόγῳ, ἑτέραν δὲ τὴν ἀνθρωπίνην, ἣν αὐτὸς διὰ τῆς Σεσαρκωμένην λέξεως ἀπαγγέλλειν διασχυρίζεται; Ἄ γὰρ ὁμολογεῖ, καὶ ἀριθμεῖται, κατὰ τὸν μέγαν Βασίλειον υ). Εἰ δὲ αἰτιᾶται τὸν δύο ἀριθμὸν ὡς διχατικόν τινα καὶ διαιρετικόν, γνωσκέτω μὴ εὐλογον εἶναι τὴν τοιαύτην παραίτησιν α). Εἰ μὲν

Quare si quis admittit cum ecclesia phrasin, *unam Filii Dei naturam incarnatam*, similiter confiteatur in Christo duas naturas qua essentiam unitas esse. Nam, si post verba *unam Filii Dei naturam*, adicit vocem *incarnatam*, per quam indicat *humanam naturam*; qua ratione postea diffiteri poterit naturas *duas*, *vnam Filii Dei*, et alteram *humanam*, quam per vocem *incarnatam* declarat? Quae autem confiteatur, etiam numeret, iuxta *Basilium magnum*. Quod si obiecerit, numerum *duorum* esse indicium separationis atque diuisionis, sciat, eam exceptionem non obtinere. Canon enim (vt iam supra dictum,) si enuntiaffer *simplici-*

G 2

τ) Loquutionem hanc explicat Noster sub initium Ἐξηγήσεως τῆ Ὁρθ., p. 36: Διὰ τῆ λέγον, ἕνωθῆς ἠνωμένως, Ὁσος σημαίνει, τὴν τῶν δύο φύσεων ἕνωσιν, ἐποκαταίει καὶ πράγματι ἐνωθῆσθαι καὶ συντεθεῖσθαι. Quod adduntur verba, qua essentiam unitas, intelligitur, duas naturas subiecto et reuera integras subsistere, et compositas esse.

υ) Basilium M. in locis multis: Εἰ τὸ διὰ φερον γνωστικῶν, καὶ ἀριθμῶν. Add. Cyrillus apud Ioh. Damasc. de Orth. fid. 3, 5. 11. 12. vbi eadem verba Theodori leguntur. Saep̄e ita: Διὸ καὶ ἀριθμῶν, καὶ ὁ ἀριθμὸς ἐν ἀσώγῃ διαίρεσιν.

x) Verti potest: *illud dubium*. Glossae Graec. Lat. *παραιτήσις, excusatio, recusatio, excusatio*.



γὰρ (ὡς καὶ ἀνωτέρω εἴρηται,) εἰπὼν ὁ ὄρος δύο φύσεις ἀπλῶς ἐν τῷ Χριστῷ γινώσκειν, καὶ μηδὲν ἕτερον προσπιφείρων ἀπιστώπα, χάραν ἴσως εἶδα ταῖς τοιαύταις ὑποψίαις, ὡς μήπε τὴν ἐαυτῆ ἔννοιαν τραυῶς παρασήτας, ὅπως οἶδε τὰς τοιαύτας δύο φύσεις ἔχειν πρὸς ἐαυτὰς· εἰ δὲ ἐπάγει τὸ ἡνωμένας, καὶ πρὸς τάτοις τὴν μίαν κηρύττει ὑπόστασιν, εἰδὲ ἐθέλοντι τιμὴ συνοφαντίας τόπον παρέχεται.

Δέδεικται ἂν ἐν παντός, ὅτι ταυτὸν ἀμφοτέροις τοῖς ὀρισμοῖς τῆτοις τὸ θέλημα, καὶ ὁ ἕτερος τῆ ἑτέρου ἐρμηνευτικὸς μᾶλλον, καὶ ἐκ ἐναντίας ὑπάρχει. Καὶ ταῦτα μὲν, ὡς ἐν Προειταγωγῆς γ) εἶδει, λελέχθω ταυτῶν.

ΔΟΞΑ ΣΕΤΗΡΟΤ ΚΑΙ ΙΟΥ-  
ΛΙΑΝΟΤ Ζ)

Ὁ δ' ἔν ὁ λόγος ἐρημίσθω

γιο. Philoxen. *deprecatio*. Lexicon Aldi: *excusatio, expulsio*. — In Conciliorum Canonibus, *καρτερικῆς* sensu est singulari, si quis abdicato Episcopatu, nihilominus nomen et honorem retinere cupit. Spicer, h. v.

pliciter duas naturas in Christo esse, et verbum aliud nullum addidisset, dare id fortasse occasionem poterat suspicandi, non satis clare expositum esse quomodo se mutuo habeant naturae duae: ita vero quia addidit *unitas*, proindeque edixit *personam unam*; ne quidem vel eonanti reliquit calumniaendi ansam.

Est igitur plane euictum, enuntiationem ecclesiae vtramque, habere unam et eandem notionem, et alteram esse interpretem alterius, nec sibi inuicem repugnare. Et ea quidem *Isagoges* instar in praesentia dicta sunt.

OPINIO SEVERI ET IV-  
LIANI

Iam pergamus vterius exponere

